Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift



351.

scilicet omis tollens nabuchardan princeps multitudinem duxit ad regem ba
bylonis in reblatha. percussitque eos rex babylonis et interfecit in reblatha in
terra emath. quia antiquus hostis cum perfidia sua tale predia ab ecclesia e-
uellens tollit. hac uoto ambit hoc toto studio agit. ut ad perpetuam
mortis interfectionem eos perducat. quos percutit rex efusionis in reblatha.
hoc est in multitudine sceleris et amore uoluptatis. unde scriptura
dicit. Lata et spaciosa est uia que ducit que ducit ad mortem et multi sunt
qui intrant per eam. et translatus est iuda de terra sua. Cum illi qui confessione
nominis dei in ecclesia uidebantur habere per scelera et peccata multipli
cia de terra uirtutum translati in regnum efusionis et erroris abducun
tur sub quo imperio quicumque nequiter seruientes peseuerauerint. nec
merebuntur per ibi ducatum regredi in terram iuda. Templumque domini ibidem re-
edificare. hi post erumnam presentis uite tradentur in carcere mortis perpe
tue. ubi uermis eorum non morietur et ignis non extinguitur implebitque:
meis illa beati pet apli sententia quam dicit. Meliquippe erat eis
non cognoscere uiam iustitie quam post agnitionem retrorsum conuerti ab
eo quod traditum est illis sancto mandato. quia attestante ueritate seruus
qui scit uoluntatem domini sui et non facit uapulabit multis. qui autem nescit
et non facit uapulabit paucis. Expl.